



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 19. Aquam lauandis pedibus prius frigidam, tum calidam adhibitam
fuisse: eam nullis sacerdotu[m] precibus consecratem: ac ipsu[m]
laua[n]di morem alicubi sublatum, alibi in aliu[m] die[m] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

quibus adultorum baptismus in Ecclesia frequens fuit nam postmodū eo oblitterato, cum, pueros quotidie baptizari, necesse esset: iamq; fontes ad lauandum in foribus Ecclesie desijissent: mos obtinuit, in vase nitido aquam lauandis pedibus in Ecclesiam deferendi. quod Beroldi verba, ^a debent esse preparati vnus cum vase aqua, alter cum manutergio. Et tunc Archiepiscopus lauit pedes, & infra, debent habere preparatum vas magnum, plenum aqua calida, in quo debent se lauare, aperte significant.

Vas lauandis pedibus baptizandorum in Ecclesiam delatum.
 * Carremo.
 Ambros.

Aquam lauandis pedibus prius frigidam, tum calidam adhibitam fuisse: eam nullis sacerdotum precibus consecratam: ac ipsum lauandi morem alicubi solitum, alibi, in alium diem mutatum.

CAP. XIX.

ET sicut eandē aquam prius frigidam fuisse, euidenti coniectura colligimus: quoniam in fonte, qui ante Ecclesiam erat, abluere solebant: sic postmodum calidam adhiberi ceptam esse, ex illo Beroldi, *plenum aqua calida*, licet intelligere. Neque tamen idcirco putandum est, aquam illam vllis sacerdotum precibus consecratam fuisse: nam si hoc esset, alicubi consecrationis mentio extaret: nec aliter discrimen inter ipsam, & baptismalem dignosci posset. Sic diu inter Romanam Ecclesiam, & Mediolanensem de bonitate huius consuetudinis certatum est: & habuit notam, qui se imitatores, & socios palam profiterentur. Verum postea, cum suspicio esset, ne

Aqua baptizandorum pedibus abluendis erat frigida.
 Aqua calida abluendis pedibus quando adhiberi ceperit.
 Aqua pedibus baptizandorum abluendis consecrata non erat.



opinionem eius necessitatis imperita multitudine
 laboretur, à nonnullis id fieri desit: ab alio
 tiam in tertium diem Octodialium, vel in
 Octodialia penitus deductum est, ut a baptis-
 mi sacramento abesset. quæ omnia recte
 cauit Sanc. Augustinus Epist. 119. ad Ianuarium
 scribens: *de lauandis vero pedibus, cum Dominus
 hoc propter formam humilitatis, propter eorum
 commendam venerat, commendauerit, sicut ipse con-
 ter exposuit, quæ scriptum est, quoniam tempore
 mum res tanta etiam facta doceretur, & magis
 pus occurreret, quo ipsa commendatio religio-
 reret: sed, ne ad ipsum sacramentum baptis-
 retur pertinere, multi hoc in consuetudinem
 noluerunt: nonnulli etiam de consuetudine
 non dubitarunt: aliqui autem, ut hoc sacra-
 pore commendaretur, & à baptis-
 taretur, vel diem tertium octauarum, vel ip-
 tiam octauum, ut hoc facerent, elegerunt. Ad-
 tremum vero, cum eo res adducta esset, ut
 solam abluitionem sine alio baptismo ad ablu-
 tem sufficere, multi existimarent, decretum
 in Concilio Eliberino cap. 48. ut nullus ap-
 sterum abluitionem pedum adhibere ceterum
 emendari (inquit) placuit, ut hi, qui baptis-
 (ut fieri solebat) nummas in concham non magis
 ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere
 deatur, neque pedes eorum lauandi sunt à sacer-
 tibus, vel clericis. Et si merito hic dubitatum
 test, an abluio pedum absolute veritas fuerit
 an solum, ne ab Episcopo celebraretur, magis
 bi nos ex vulgata lectione, sacerdotibus, vel clericis
 cis, posuimus: Garicas Loaisa, diligentissimus*

Mos ab-
 luendi pe-
 des bap-
 tizandis à
 Concilio
 Eliberino
 vetitus.

conciliorum Hispanorum collector, legit: à sacerdotibus, sed clericis: vt sensus sit, sacerdotibus quidem ablutione pedum interdici, verum eius rei provinciã clericis demandandam esse. quam difficultatem nemo recte explicarit, nisi veterum græcum consular, cuius copia nobis deest. & cum vtrinq; paria autoritatis momenta inueniantur, libenter ab vtraque parte assertionem sustinebimus. Est tamen consensus credere, priorem versionem ad veritatem propius accedere: cum Synodi consilium fuerit, falsam opinionẽ demere, quæ, siue Episcopi, siue clerici abluissent, de vero baptisimate suscepto oriri poterat. Vtcunq; tamen res habeat, illius concilij scito Ecclesia Mediolanensis non paruit, siue quia provinciale fuit, nec confirmatum à Romano Pontifice, vt Belatinius lib. 2. de imag. ca. 9. affirmat: siue gratiori alia causa, quæ nostræ Ecclesiæ duces ad id impellere potuit. nam Beroldus, qui multis sacralis ab eo distat, abluendi consuetudinis meminit * locis citatis. ex quo pro veritate librorum S. Ambrosij de sacramen. certissimum argumentum colligi potest: cum alter alterius locum, & sententiam de pedum ablutione cõferret, quod obiter scribere volui, vt hæreticis, qui illos verè aureos libellos temere negarunt, fides infringatur.

Mediolanensis ritus abluendi pedes diu teruatus est.

* Ceremo. Ambros.